

**A** dogma ~~acutum~~. i. perpetue passibilitatis, traheremur. Et quidem signa sanorum corporum, sed quæ aut insalubria, aut salubria, aut neutra existunt, quantitate distantia differunt, duobus inuenientur contrarijs terminis à nobis statutis, optima uidelicet constitutione corporis, & nuper facta ægritudine, ac deinceps considerantibus, utri eorum viciniora sint ea, quæ ad examen corpora ueniunt. Quæ enim proximiora sunt optimæ constitutioni, salubria: Quæ uero ab hac longius distant, atq; ad ea, quæ iam ægrotant, magis accedunt, insalubria: Quæ autem intermedia, atq; æqua liter ab utrisq; distare uidentur, neutra erunt. Optimæ igitur constitutionis corporis indicia explicauimus. Eoru uero, quæ ab ipsa deficiunt, totidem sunt numero genera, quæ in magis & minus secari possunt. Cum autem in tres latitudines diuisa sint, corporis insalubris simpliciter, indicia trademus: Ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescet. Generaliter igitur prius à nobis in eo, quem de optima constitutione sermonem habuimus, dictum est: specialiter autem nunc dicitur, si prius partes diuiserimus.

*Quot sint differentiae partium. Cap. 9.*

**S**unt uero earum quatuor uniuersæ differentiæ, quoniam nonnullæ earum principia quædā existunt: aliquæ uero ab ipsis originem habent: aliquæ nec aliarum gubernationi presunt, neq; ab alijs gubernantur, cum insitas habeant à natura potētias, à quibus regūtur: quedam uero sunt, quæ insitas simul & aliunde emanantes habent. Principia igitur sunt Cerebrum, Cor. Hepar, Testiculi. Ab his uero ortum habent atq; eisdem subministrant, Nerui quidem & Spinalis medulla, Cerebro: Cordi uero, arteriæ: Hepati, uenæ: Ipsa uero seminaria uasa, Testiculis. Quæ autem à se ipsis gubernantur, sunt Chartilago, Os, Copula, seu ligamentum, Membrana, Adenes. i. glandulae, Adeps, Caro simplex. Reliquæ uero partes, cum una cum ipsis habeant ex seipso regimen, arteriæ, neruis, & uenis insuper egent. Capillorum autem atq; unguium neq; regimen ullum est, sed generatio tantummodo. Hæc igitur sunt partium differentiæ.

*De signis cerebri. Cap. 10.*

**I**ndicia autem singularum temperaturæ sumpto à Cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt uero quinq; uniuersa genera, quæ ipsius naturam ostendunt. Primum quidem totius capitis dispositio: Secundum uero, sensibilium operationum uirtus & uitium: Et tertium, actiuarum: Quartum, earum, quæ tenent principatum: Et quintum, naturalium. Aliud uero genus præter hæc omnia est ea, quæ ab extrinsecus occursantibus aduenit alteratio. Et quidem totius capitatis dispositio, ex magnitudine & figura sumitur atq; capillis.

**C**aput etiam de paruitate & magnitudine capitis. *Cap. 11.*

**P**aruum igitur caput uirtus & constitutionis cerebri proprium est indicium. Magnum uero, non necessario indicat bonam constitutionem: sed, si quidem ob insitæ uirtutis robur, quæ multam atq; optimam materiam afformauerit, euenuat, bonum est signum: at, si ob materiæ tantum multitudinem, haudquam bonum. Distinguenda uero sunt hæc & ex figura ipsa, & ex his, quæ ab eo habent ortum. A figura quidem ipsa, si concinna: semper enim hoc bonum est signum: Ex his autem, quæ ab eo ortum habent, si ualida est ceruix, & si alijs ossibus optime cōstet, atq; omnis præterea neruosa substantia boni sit habitus, ac rubor habeat intētum. Propria autem capitatis figura est, ueluti si excogitares sphæram exquisitæ rotundæ ex cera constructam, leniter utrinq; depressam. In hac enim, necesse est, ut posteriores prioresq; partes magis gibbæ fiant, q; sphaerae conueniat: Quæ uero utrinq; consistunt, magis rectæ. Quod si ea, quæ sūm occiput, eminētia & aliquatenus minuāt, simul intueri oportet neruos atq; ceruicem unā cum ossibus alijs. Nam, si secundum naturam constiterint, materiæ defectu, non uirtutis imbecillitate hoc contigit: Illis uero nō recte se habētibus, principium est debile. Sed magna ex parte defectus, qui occipiti euenuint, consequitur eorum, quæ antediximus imbecillitas: rarissimeq; aliter euenuire cōsuevit.

**D**icitur etiam, quod secundum occiput in acutiem tēdit, animaduertere oportet, h̄sdem adhibitis distinguēdi rationibus, quibus antea in capite grandiori facto utebamur. Sæpenumero uero & hic optimum est signum, figura concinna cerebelli, quod nonnulli medici posterioris cerebrum appellare consueuerūt, quemadmodum & posterioris existit, ea sutura, quæ Græcæ literæ, Λ, formam habet, distinctum. Est uero huiuscmodi pars, spinalis medullæ principium, & eius ratione, neruorum omnium, qui in toto animali sunt actiui. Ipsa autem pars posterior per seipsum paucos ad modum sensitios obtinet neruos, plurimos uero actiuos: sicuti & anterior, sensitios quidē plurimos, paucos admodum actiuos. Quare, ubi bene fuerit affecta utrāq; pars, robustas habebunt propagines. Eadem quoque distinctiones adhibendas sunt ad partes capitatis anteriores ad frontem attinentes, quæ etiam ad posteriores, earundemq; & paruitatem & magnitudinem inspicere, oportet, atq; itidem figuram & sensus ibi collocatos, uisum, gustum, atq; odoratum. Hæc enim se inuenient indicant atq; testantur, & quæ à principijs oriuntur, principij uirtutem & uitium: & principium ea, quæ ab ipso nascuntur.

*De operationibus obtinentibus principatum Cap. 12.*

**E**rum autem operationum, quæ obtinent principatum, uirtus ac uitium sunt ipsius principij seorsum tantummodo indicia. Voco autem operationes principatum obtinentes, hoc est *sympathicas* Isagogici.

## GALENI

126

quæ à solo principio proueniunt. Ingeniū quidē igitur (Graece ἀγχίων) subtile cerebri substantia E indicat: tarditas uero intellectus, crassam: discendi uero facilitas, formarum facile susceptiuam: memoria autem stabilem ac firmam: Sicuti & descendī difficultas, formarum non facile susceptiuam, & obliuio, fluidam: mobilitas quoq; in opinionibus, calidam: stabilitas autem frigidam. Adhuc autem duo indiciorum genera mihi uideor prætermisso, de quib; sum ab initio me dicturum pollicitus, quorum alterum ad operationes attinet naturales: alterum uero ad ea, quæ extrinsecus occursant. Erit autem in utrisq; sermo communis.

Signa bona temperaturæ cerebri. Cap. 13.

**S**i quidem cerebrum sortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia quæ diximus habebit moderata: & excrementa, quæ uel per palatum, uel aures, uel nares, uel oculos expurgantur, hæc quoq; modice se habebunt: atq; ab ijs, quæ extrinsecus occursant, mini me laedetur, quæ scilicet uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel exiccant. Talibus igitur capilli capit, cum adhuc sunt infantes, subrufi: cum uero pueri, subflavi: cū iam adoleuerint, flavi fiunt, medijq; quodammodo sunt inter eos, qui exquisite sunt crispi, & simplices: non tamen facile caluitum patiuntur. Quæ uero dicuntur, ac posterius dicenda indicia sunt, accipere oportet, ut in bonam habentibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinent, non ad F locorum tantum, sed ad humorum quoq; temperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, sunt referenda. Si uero calidius sit, quam oporteat, in altera uero oppositione bonam habeat temperaturam, si quidem in caliditate multum exesserit, omnia, quæ dicentur, ualidiora erunt indicia: sed, si parvus fuerit excessus, imbecilla. Communis autem hæc ratio statuatur in omnibus partibus, quarum in temperaturis uniuersis indicia sumus tradituri.

Signa calidi cerebri. Cap. 14.

**D**einceps igit signa caliditatis cerebri, præter ea, quæ nuper diximus, sunt, q; ea, quæ circa caput, omnia rubicundiora & calidiora, & quæ in oculis sunt uenæ, magis sensui patent. Capilli quoque in his geniti celeriter in capite proueniunt, & cum multum in caliditate à mediocri temperatura recesserint, nigri & robusti, & crispi fiunt: cum uero non multū, subflavi quidem ab initio fiunt, deinde nigricāt, ac progradientibus ætatibus caluitum patiuntur, atq; eo magis, qui plus modico sunt calidiores. Excrementsa uero, quæ per palatum & nares, & oculos, & aures, pauca & concocta ipsis existūt, cum integrum habuerint sanitatem. Cum uero eis caput repletur, cōti nuo enim, ac tum præsertim, cum nullam uictus seruauerint rationem, tale quid eis accidit, plura quidem in ipsis excrementa, sed non concocta generantur, implenturq; atq; aggrauantur eorum G capita à calidis cibis & potibus, odoribus, atq; hisce omnibus, quæ extrinsecus occursant: in quorum numero est, & qui nobis circunfunditur aer. Sed præterea magis, si non solum natura calida, sed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi temperaturæ contentæ sunt, necq; admodum profundis.

Signa frigidi cerebri. Cap. 15.

**F**rigidioris uero, quam oporteat, cerebri indicia sunt plura in proprijs meatibus excrementa, & capilli recti, et rufi, & stables, & qui longo post natuitatem tempore nascunt, tenues, atq; ab initio male nutriti: & facile à causis frigidis offenduntur, atq; hoc ipso offensionis tempore de stillationibus & grauedinibus capiuntur: neq; si tetigeris partes ad caput attinentes, admodum calidæ sentiuntur: neq; si inspexeris, rubicundæ apparent: & oculorum uenæ omnino uisum effugiunt: & somnolentiores quodammodo sunt.

Signa fisci cerebri. Cap. 16.

**S**iccioris autem cerebri indicia sunt meatus superfluitatibus carētes, & sensuum perspicacitas: sunt autem ad uigilias prompti, & capillos habent robustissimos, & qui celerrime eis genitis innascuntur. Crispī autem potius sunt, quam recti: cito autem calui fiunt. H

Humidi cerebri indicia. Cap. 17.

**H**umidiores uero cerebri indicia, capilli plani, & nequaquam calui fiunt: Sensus autem turbulenti, & exrementorum multitudo, somni multi atq; profundi. Et hæ quidē simplices sunt intemperaturæ.

Signa calidi fisciq; cerebri. Cap. 18.

**C**ompositæ autem primum calida & fissa, secundū quam & superfluitatibus carent, & sensibus uigent, & plurimum uigilant, et cito calui fiunt. & prima quidem capillorum generatio celerrima est, ac plurimo abundans alimento. capillos uero habent nigros, & crisplos: & tangentibus caput calidi sentiuntur: sunt & rubicundi usq; ad ætatem consistentia.

Signa calidi & humidi cerebri. Cap. 19.

**S**iuero humiditas adiungatur caliditati, parum utriusq; qualitatibus superantibus mediocrita stem, color bonus, & calor, & oculoru uenę magnę: & plura excrementsa, & mediocriter cocta: & capilli recti, subflavi, & non facile calui fiunt. Implenū uero atq; aggrauatur eorum capita à calidis: at, si humectent, tūc multo magis exrementorū habent multitudinem. Et si plurimū calidiatas atq; humiditas creverit, his t caput ægritudinibus est obnoxius, atq; excrementsis abundans, & quod

**A** quod facile à calefacentibus atq; humectantibus offendatur. Auster uero semper eis aduersatur, atq; optime in Aquilone se habent: non tamen diu uigilare possunt, & cū se ad somnum conuerterint, simul graui somno (hoc est comate) tētantur, et uigilant, & somnia habent imaginationib. plena, uisus eis turbulent, neq; satis sensibus uigēt. Quōd si multum in caliditate cerebrum à me diocritate recesserit, paulo autem humidius extiterit, calidæ temperaturæ indicia quidem superabunt, cum quibus lœuia quædam humiditatis signa coniungentur: ueluti si longe quidem humidius, paulo uero calidius, uehementia quidem erunt ac manifesta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis uero hæc ratio in omnibus compositis intemperaturis existit.

*Signa frigidi & siccii cerebri.* Cap. 20.

**F**rigidæ uero & siccæ cerebri intemperaturæ, quantū ex se est, frigidum & minime coloratū, caput reddunt: semper enim memoria repetēda, quæ à nobis ab initio est distinctio posita, ut præterea aduertamus, quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipsum cōsistunt. Protinus autem huiuscmodi temperatura, uenis carentes habent oculos, & à causis frigidis facile lœduntur. Quare & inæ quali sanitate fruuntur, quoniam nonnunquam leuissima habent capita, & meatus, qui superfluitatibus careant: nonnunquam uero & grauedinibus & destillationibus parua ex causa facile capuntur.

*De sensibus.* Cap. 21.

**S**ensus autem eorum in iuuentute quidem omnes uigent, atq; omni uitio carent, sed progre-  
diente ætate cito marcescūt. Et ut summatim dicatur, omnes celerrimam circa caput senectu-  
tem ostendunt. quare & cito cani sunt. Capilli uero ipsi quidem genitis uix exeunt, & male nu-  
triuntur, & rufi sunt. In progressu autem ætatis, superante magis frigiditatem, quam sic  
citatem humiditatem, multum non caluescunt. Contra uero si contigerit, siccitatem quidem pluri-  
mum dominari humiditati, frigiditatem uero caliditati, parum calui sunt hi.

*Signa cerebri frigidi & humidi.* Cap. 22.

**H**umidæ uero & frigidæ cerebri tēperaturæ faciūt homines graui somno tentari, & ad som-  
num facile conuerti, sensibus quoq; minime uigentes, atq; excrementis redundātes, & qui  
caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac destillationibus & grauedinibus facile tentan-  
tur: neq; tamen hi calui sunt. Hæc igitur indicia sunt cerebri temperaturæ, à quibus si progredia-  
ris, ad unumquodq; sensorium dignotiones transferre licebit.

*De oculis.* Cap. 23.

**C**ed sufficiet de oculis dūtaxat facere mentionem. Quicūq; tangentibus quidem manifeste ca-  
lidi existunt, & facilī ac crebro motu cidentur, & uenas latas habent, hi calidi omnes sunt: frigi-  
di uero, his contrarij. Et humili quidem molles simul & multa humiditate pleni: siccii uero, aridi  
simul & duri. A similibus autem suæ temperaturæ causis facile offenduntur: iuuantur autem à mo-  
dico contrariorum usu. sed hoc quidem commune in omni cuiuscunque partis temperaturæ di-  
gnitione oportet meminisse.

*De magnitudine oculorum.* Cap. 24.

**M**agnitudo oculorum quidem, ubi concinnitas adsit, et operationum uirtus, multitudinem  
bene temperatæ substantiæ ostendit, ex qua sunt conformati: quæ si desint, multam quidē  
substantiam, non tamen bene temperatam ostendunt.

*De paritate oculorum.* Cap. 25.

**P**aritas uero oculorum adiuncta quidem cōcinnitate ac operationum uirtute, paucam quidem,  
sed bene temperatam substantiam ostendunt, ex qua sunt conformati. Si uero sociam  
habuerint inconcinnitatem quandam atq; operationum uitium, tunc paucam simul ac uitiosam  
materiam ostendunt.

**D** De colore oculorum. Cap. 26.

**Q**uæ uero ad colores attinent, ita distinguere oportet: Glauci quidem oculi, qui pura humi-  
ditate ac non multa prefulgent, tales sunt ob splendidū luminis abundantiam: Contra uero  
nigrj: & qui intermedium naturam seruant, causas quoq; intermedias habent.

*De glaucidine & nigredine oculorum.* Cap. 27.

**G**laucus igitur oculus fit uel propter magnitudinem, uel propter splendorem humoris, qui  
gà Græcis crystalloides nominatur, uel propter sitū prominentē, aut propter tenuis & aquei  
humoris, qui in pupilla existit, paucitatē & puritatē: atq; omnibus quidem in unū conuenienti-  
bus fit glaucissimus oculus. Quōd si aliqua adsint, aliqua uero non, tunc maior minorve glauce-  
do contrahitur. Niger uero oculus fit aut ob paritatem crystalloidis, aut propter profundū sitū,  
uel quoniā splendidus, ac fulgidus exquisite non est, uel quoniā tenuis humor uel superabundat,  
uel purus nō existit: uel propter unam aliquam ex his causis, aut propter oēs fieri consuevit. In ip-  
sis autē magis & minus (ut ante diximus) reperitur. Tenuis igit̄ humor, quo magis ad aquæ natu-  
ram accedit, & superabundat, humidiorē oculum ostendit, quemadmodum, si crassior ac minor  
fiat, sicciorē. Crystalloides aut, si quidē durior existat, sicciorē efficit oculū: si uero mollior, humi-  
diorem: sic & si plus modico tenuem humorem excederit, siccirem: si aut defecerit, contrarium.

**D**E cordis autem temperaturis deinceps dicendum est: Si prius haec in memoriam reuocauerimus, quod unquam partem seipsa uel calidiorem, uel frigidorem, uel sicciorē, uel humidiorē dicimus factam, non alicui rei alteri comparantes, sed ad seipsum. Sic enim, utcumque extiterit cor natura frigidissimum, multo sanè calidiorem temperaturam possidebit calidissimo cerebro.

*Signa cordis calidi.* Cap. 29.

**C**Alidioris igitur cordis, ut ad modum, qui ei proprius est atque coueniens, indicia quedam sunt inseparabilia & propria, magnitudo respirationis, & pulsus uelocitas & frequētia: & audacia, & ad actiones natura prompta. Quod si multum in caliditate excescerit, tunc irē p̄cipitatio, & furibunda temeritas ad sunt. Est autē his thorax hispidus, & pr̄sertim pectus, & quæcumque hypochondrijs partes proximiores. Magna uero ex parte calidi cordis temperatura uniuersum corpus calidum reddit, nisi hepar uehementius obſtiterit. Dicemus autē paulo inferius totius corporis indicia. Est quidem & latitudo thoracis caliditatis indicium, nisi & hic quoque cerebrum multū obſtiterit, quoniam ei magna ex parte spinalis medulla in magnitudine respondet: tantæ uero erunt magnitudine uertebræ, quanta & spinalis medulla, quare & spina uniuersa. Configitur uero thorax ad eam spinæ partem, quæ Metaphrenū, id est dorsum dicitur, tamquam ad carinam nauis. Quare necessario eius longitudo æquabitur dorso: Latitudo uero erit pro uertebrarum ratione, quando ad proportionem earum crassitudinis fuerit confixus. Cum uero cordis caliditas superrans perflauerit ac dilatauerit in primo sui ortu thoracem, erit eiusdem caliditati proportione respondens. Quare, cum caput paruum, thorax autem latus extiterit, maximum hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium: cum uero magno existente capite paruus fuerit, propriissimum hoc erit cordis frigidioris signum: Si uero capiti fuerit proportione respondens, tunc alijs signis de corde distingues, ex ipsis thoracis amplitudine nihil assumens.

*Signa cordis frigidi.* Cap. 30.

**I**n frigidiore uero corde pulsus minores existunt, quod modo naturæ coueniat, non tamen neceſſario tardiores uel rariores. Respiratio autem, siquidem thorax tanto minor extiterit, quanto cor frigidius, pulsibus erit proportionalis. Si uero maior fuerit, quam pro frigiditatis quantitate, non minor est tantum, sed etiam tardior & ravior. Tales autem timidi natura sunt, & sine audacia, & segnes, & nudum pilis habent pectus. De eius uero paruitate distinguendum, ut diximus prius. Eodem modo & de totius corporis caliditate.

*Signa cordis siccii.* Cap. 31.

**C**ora autem siccioris pulsus efficit duriores, & irā nō promptā quidem, sed feram, & quæ non facile sedari queat, magna ex parte uniuersum corpus siccioris existit, nisi hepar obſtiterit.

*Signa cordis humidi.* Cap. 32.

**C**ordis uero humidioris signa, pulsus molles, & mores ad iram quidem proclives, sed tales, quæ facile sedari possit: & uniuersum corpus humidius existit, nisi hepar obſtiterit. Secundum uero coniugationem qualitatum primarum cordis intemperaturæ ita se habent.

*Signa cordis calidi & siccii.* Cap. 33.

**C**alidi & siccii cordis pulsus duri sunt, & magni, & ueloces, & frequētes: & respirationes magne, & ueloces & frequentes, & multo magis ad uelocitatem ac frequentiam uergunt, thorace cordi non aucto proportionaliter. Hī uero præ cunctis pectus habent maxime hirsutum, & hypochondria. Ad actiones autem prompti sunt, & iracundi, & celeres, & impudentes, & mores tyrannicos habent: etenim sunt in iram præcipites, non facile uero placabiles. De totius autem corporis temperatura, & thoracis amplitudine, his, quæ ante diximus, proportionaliter est distinguendum.

*Signa cordis calidi & humidi.* Cap. 34.

**S**i uero caliditas una cum humiditate dominabitur, minus quidem his, quos antea diximus, hi sunt hirsuti, ad actiones uero nihilominus prōpti, non tamē ferus est animus, sed ad iram proclivis tantummodo. Pulsus uero magni ac molles, ueloces & frequentes existunt. Et respiratio, cum thorax cordi fuerit proportionalis, eandem pulsibus formā seruabit: Si uero minor extiterit, tanto illis uelocior erit & frequentior, quanto & thorax minor extiterit. Si autē multa facta fuerit eius in temperatura, ac si præsertim in humiditate contigerit, præter ea, quæ diximus, contingent etiam ex putredine morbi, his, qui in ipsis fuerint, humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes autē maiores sunt ac uelociores inspirationibus, & submissio arteriæ in pulsibus uelox.

*Signa cordis humidi & frigidi.* Cap. 35.

**H**umidioris uero & frigidioris cordis pulsus quidem molles: Moribus autem nequaquam audaces, sed timidi & segnes existunt, Tales etiam glabrum pectus habent, minimeque iram retinent, sicuti & ad iram non admodum sunt prompti. Quæ uero ad thoracem & uniuersum attinent corpus, distinguere oportet, sicuti ea, quæ ante diximus.

*Signa cordis frigidi & siccii.* Cap. 36.

Frigidius uero cor & siccus, pulsus quidem duros reddit & paruos: respirationem autem, si quidem

**A** quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderatam: si uero maior extiterit, raram ac tardam. Hi uero præ omnibus minime ad irascendum prompti, cum autem coacti fuerint irasci quibusdam, retinèt iram. Habent autem maxime omnium, nudum pilis pectus. De paruitate autem thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendū. Vnum illud commune in hisce omnibus memoria repetentibus, quod, quæcunque de morib[us] sive nunc, sive quoquis alio sermone explicata sunt ad temperaturæ cognitionem, non de probis morib[us] aut uitiosis, qui ex philosophia hominibus adueniunt, sed de insitis unicuique ac naturalibus, à nobis sunt exposita.

*Signa calidi hepatis.* Cap. 37.

**H**epatis calidioris indicia, uenarum latitudo, flava bilis abundantior, in consistenti uero æta te, etiam atra calidior ipsi sanguis, atque eadem ratione corpus uniuersum, nisi obliteretur cor. His uenter & hypochondria hirsuta.

*Signa hepatis frigidi.* Cap. 38.

**F**rigidioris uero, angustia uenarum, pituita abundantior, sanguis frigidior, et totius corporis habitus, nisi à corde calefiat. Venter illis glaber est, atque hypochondria.

*Signa hepatis siccii.* Cap. 39.

**S**iccioris autem, sanguis quidem crassior & minime abundans, uenæ duriores, & totius corporis habitus siccior.

*Signa humili hepatis.* Cap. 40.

**H**umidioris autem, sanguis quidem abundantior atque humidior, uenæ autem molliores, ita uero & uniuersum corpus, nisi partes ad cor attinentes obliterentur.

*Signa calidi & siccii hepatis.* Cap. 41.

**C**alidioris uero simul ac siccioris hepatis indicia, hypochondria hispidissima, sanguis crassus & simul ac siccior, flava bilis plurima est, consistente autem etate, & atra uenarum aut latitudo & durities. Sic uero & uniuersum corpus se habet. Nam, quæ ex corde caliditas originem habet, potest obtundere eam, quæ ab hepate nascitur, frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatē: Siccitatem uero non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media uero inter has, quæ dictæ sunt, ea, quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superatur, & sic citas ab humiditate, minus autem à caliditate, adhuc uero multo minus frigiditate. Hec enim inter omnes qualitates, quæ ab hepate eueniunt, facillime uincitur. Liquet autem, quod, cū in unū cōuenerint utriusque principij temperaturæ, totum exquisite secundum illas afficitur corpus, paulo uero inferius ipsius dicentur indicia.

*Signa hepatis calidi & humili.* Cap. 42.

**H**umidius autem ac simul calidius hepar, minus quidem, & calidius et siccus, hypochondria reddit hispida. Plurimum uero sanguinis, & uenas amplias, habitumque calidorem atque humidorem facit nisi obliteretur cor. Si uero amplius in ambabus qualitatibus à naturæ modo recedat, à morbis, qui ex putredine ac uitiosis humoribus fiunt, facillime capitur. Adhuc autem magis, si plurimum augeatur humiditas, caliditas uero non ita. Si autem cōtra, parum quidem humiditas crescat, plurimum uero caliditas, minime uitiosis humoribus laborant.

*Signa hepatis humili & frigidi.* Cap. 43.

**H**umidius autem & frigidius hepar habet hypocondria glabra, sanguinem uero pituitosum generat, cum uenarum angustia. sic & reliquum afficit corpus, nisi à corde ad contraria naturam transferatur.

*Signa hepatis frigidi & siccii.* Cap. 44.

**F**rigidius autem & siccus hepar cum paucō sanguine & uenarum angustia efficit corpus atque frigidius, & hypochondria glabra, nisi & hic cor dominetur.

*Signa calide, frigide, humide, & siccæ temperaturæ testiculorum.* Cap. 45.

**T**emperatura uero testiculorum, calida quidem ad uenerem proclivis, & masculorum generatrix & fœcunda, celeriterque genitales partes obsepit pilis, simul autem & circuniacentes attigit partes: frigidior uero contraria efficit. Et humida quidem multo & humido semine abundat. Sicca paucum & modice crassum generat semen.

*Signa calide & siccæ temperaturæ testiculorum.* Cap. 46.

**C**alidior uero ac siccior & crassissimum semen habet, & fœcundissima est, ac celerrime ab intimo protinus ad coitum excitat animal. Itaque & his genitales partes citissime hispidæ sunt, atque omnes, quæ circumstant, supra quidem usque ad regiones, quæ ad umbilicum sunt, infra uero usque ad media femora. Petulea igitur est & ad libidinem prona huiuscmodi temperatura, statim uero satiatur, & si cogatur, offenditur.

*Signa calide & humide temperaturæ testiculorum.* Cap. 47.

**S**i autem caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus uero semine abundant, non tam plus cæteris appetunt, sed minori detimento præter modum uenereis indulgent. Quod si satis excreuerint & caliditas & humiditas, non sine detimento à uenereis abstinent;

*Signa*

Signa frigidæ &amp; humidæ temperaturæ testiculorum.

Cap. 48.

**S**iuero frigidorem & humidiorē temperaturam testiculi habuerint, partes circumpositæ gla-  
bræ sunt, & tarde rē uenereā exercere incipiūt, neq; proni ad actū huiusmodi sunt. Aquolum  
uero & tenue ipsis semen, & parū fœcundum, & seminarū generatiū, uel omnino non generās.

Signa frigidæ &amp; sicce temperaturæ testiculorum.

Cap. 49.

**F**rigidior uero, & siccior tēperatura similis quidem in reliquis est antedictæ, crassius uero in  
ipsa semen existit, atq; omnino paucum.

De habitu totius corporis.

Cap. 50.

**T**otius autem corporis habitus, diximus & superius, quomodo & hepatis & cordis naturam  
sequatur. ei aūt magis assimilatur, quod unam aliquam ex primis qualitatibus potentiores  
habuit, quas et effectivas appellat. Totius uero corporis habitus in illis maxime dicitur partibus,  
quæ primæ oculis subjiciuntur. Sunt uero hæ, musculi, qui omnia ambiunt ossa, carnes quædam  
compositæ ex prima & simplici carne, & præterea fibræ, quibus innascuntur. Propria enim muscu-  
lorum substantia his duobus constat: quæ uero ad ipsos usus pertingunt, ueluti riui quidam sunt,  
qui non eorum substantiam complent, sed eis subministrat, ut in uita permaneant. Dicentur igit  
& horum temperaturæ indicia in bene temperata habitatione. Nam, quæ male temperatæ sunt, F  
cutem permutant ex se ipsis formantes, & quædam ex indicijs corrumpunt. Ita & in bene tem-  
perata regio, si quis se tēpore æstatis nudum soli exposuerit, permutabit indicia, quæ ex colore, & du-  
ritie, & mollitie sumuntur. Si uero, quæadmodum bona temperiem obtinet locus, ita & ipse bene  
temperato uictu usus fuerit, ut qui neque se nudum singulis diebus in sole plurimum torrefaciat,  
neq; sicuti pleriq; more puellarum cōtinue in umbra degat, hic certa atq; exquisita temperaturæ  
indicia præ se feret. Tanquam igitur de hoc futuro sermone nunc ad ipsum accedemus.

Signa moderate temperaturæ.

Cap. 51.

**M**oderatae temperaturæ indicia secundum totum animalis habitum: Color quidem ex rubro  
& albo commistus, capilli uero flavi, et pleriq; mediocriter crisi: Carnositatis autem me-  
diocritas in qualitate & quātate. Medium est enim exquisite huiuscmodi corpus inter omnes  
excessus, ut qui ad ipsum dicantur & intelligantur. Nam & crassum corpus ad hoc comparatū di-  
citur crassum, & tenue ad hoc eodem modo: et carnosum, & macilentum, & pingue, & durum, et  
molle, & hispidum, & glabrum. Nullum igitur horū corpus est mediocritatem habēs, sed, qualis  
Polycleti regula, ad summum totius peruenit mediocritatis adeo, ut neq; tangentibus molle ui-  
deatur, neq; durum, neq; frigidum: insipientibus uero neq; hirsutum, neq; glabrum, neq; crassum, G  
neq; tenue, aut aliquam aliam habens immoderationem.

De corpore calidore.

Cap. 52.

**Q**uæcunq; aūt in caliditate à medio recedūt, nō tamē in humiditate uel siccitate, hec, quantū  
ad carnosum genus attinet (de hoc enim præsens est sermo) uidentur quidem tangentibus  
calidiora tantū, quantum & eorum temperatura calidior. Tanto uero magis hirsuta sunt, quanto  
& calidiora, & minus pinguedinis habent. Colorem autem rubrum, & capillos nigros habent.

Signa frigidæ temperaturæ.

Cap. 53.

**F**rigidioris autem tēperaturæ indicia sunt, pilorū parentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tāgen-  
tibus obuiat. Color autem unā cum capillis etiam rufior, & ubi multa frigiditas adfuerit, liui-  
dus quodam modo existit, quem nonnulli medici colorem plumbeum appellant.

Signa sicce temperaturæ.

Cap. 54.

**S**iccior autem temperatura tanto gracilior est, & durior bona temperatura, quanto maior est  
siccitas. In reliquis autem eodem modo se habet.

Signa humidæ temperaturæ.

Cap. 55.

**E**Thumidior etiam in reliquis quidem eodem modo se habet: Melius autem carnosa & mol- H  
lior, Et quidem secundum coniugationem qualitatum primarum facte intemperaturæ com-  
positam habent indiciorum formam.

Signa calide &amp; sicce temperaturæ.

Cap. 56.

**C**alidior simul ac siccior, hirsutior, ac calidior, & durior existit, & pinguedine caret, graci-  
liscq; est, & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat, color quoque ni-  
ger illi adest.

Signa calide &amp; humidæ temperaturæ.

Cap. 57.

**C**alidior aūt & humidior tēperatura, mollior, & calidior, & carnosior tanto est bona tēpera-  
tura, quantum et utriscq; qualitatibus aucta fuerit. Quod si plurimū augeatur, cito similiter à  
putredinis corripitur morbis, qm & humorū uitio prompte laborat. Si uero parū quidem humi-  
dior sit, multo uero calidior, molliores quidē parū huiuscmodi sunt his, qui bonā habent tēpera-  
turā, & magis carnosī, non parū uero hirsutiores, & tangentibus nō parum calidores. Nigrū uero  
eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo qdē calidior, multo uero humidior, molles his  
caro est & multa, & color cōmīstus est ex albo & rubro, & tangentib. paulo calidores. Et, ut sum-  
matim dicāt, omnib. tēperaturæ cōiugationib. semp superexcedētis qualitatis indicia eminebūt.

Signa

**A** Signa frigidae & humidae temperaturae. Cap. 58.  
**F** Rigidior autem atq; humidor temperatura, si parum quidem utraq; augeatur, capillis nuda est, & alba, & mollis, & crassa, & pinguis: Si uero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augmenti qualitatum, color autem una cum capillis rufus: quemadmodum, si plurimum utraq; augeatur, liuidus: Si uero qualitatum augmentum fuerit inæ quale, eius, quæ superexcesserit, indicia eminebunt.

Signa frigidae & siccae temperaturae. Cap. 59.

**S** I autem frigiditas unà cum siccitate equaliter augeatur, natura durū ac tenue & glabrum cōspus habent, & tāgentibus frigidum, pinguedo tamē ipsiſ, & si graciles sint, per carnes disperſa. Capilli autem & color frigiditatis modum, ac proportionē sequuntur. Vbi uero calida & sicca temperatura in tempore decrementi in frigidam & siccam labitur, tunc horū habitus gracilis qui dem similiter est & durus: est uero etiā melancholicus, & ob id niger simul & hirsutus: Vbi igitur altera qualitas multum dominatur, altera uero parum à mediocritate recedit, superabūt eius, quæ dominatur, exilia aut erunt alterius qualitatis indicia. In omnibus uero, de quibus supradiximus & postea dicemus, cōmune est temperaturæ indicium, si membrum facile frigescit, uel frigiditatis, B uel raritatis: si uero non facile, uel caliditatis, uel densitatis: si uero à desiccantibus offendatur, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatibus: quemadmodum & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere autem oportet, si eandem omnes musculi seruant temperaturam, uel minime eandem, atque in omnibus animaduertere subiectorum ossium quantitatem, Non nunquam enim gracile uidetur membrum, cum tamen nō sit gracile, quod ad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale uidetur. Sic & crassius quibusdam plerunq; appetet non ob ossium amplitudinem, sed ob multitudinem carnis: quæ uel aucta, uel comminuta, uel durior aut mollior effecta, siccarius aut humidius membrum ostendit: Pauca igitur ac dura, siccarius: multa autem & mollis, humidius. Sic & intermedia spatia similarium corporū, ut plus uel minus humidæ substantię in se ipsis continent, uel crassius, uel tenuius, uel humidius, uel siccarius membrū ostendunt: Humidius quidem, ubi subtilior & copiosior est humiditas: siccarius uero, ubi crassior simul & minor. Ipsæ enim solidæ corporis partes, quæ uere solidæ sunt ac primæ, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est, si quis eas celerius exiccati prohibeat. Intercepta autem in ipsis spatia hac uel illa humiditate completere possibile. Hæc uero est proprium partium similarium alimentum, quod ex appositione fit, & non per uasa attrahitur. Communis autem hæc ratio & omnium C partium existit. Et iterum in salubrium atq; insalubrium causarum doctrina repetetur. Nunc autem ea, quæ ordine sequuntur, attingamus.

Signa siccii ventriculi. Cap. 60.

**V** Entriculi indicia, eius quidem, qui natura siccior existit, si celeriter sitibundi fiant, et paucus eis sufficiat potus, à copiose autem aggrauentur, fluctuationib. infestentur, aut superfluit id, quod abundat, & cibis delectentur siccioribus.

Signa humidi ventriculi. Cap. 61.

**H** Umidioris autem, si neq; sitibundi fiant, & superabundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus.

Signa calidi ventriculi. Cap. 62.

**C** Alidior uero natura ventriculus melius quidem concoquit, q; appetat, & multo magis quæ cuncti dura sunt & nō facile alterationē suscipiunt. Nā, quæ facile alterantur, in ipso corrum punitur: gaudetq; calidis potibus ac cibis: neq; à frigidis ullā percipit noxā, si immodece ipsis utatur.

Signa frigidi ventriculi. Cap. 63.

**D** E rigidus uero natura ventriculus ad appetendum quidem plurimum uiget, ad concoquendū autem minime, tales præsertim cibos, qui frigidi sunt & non facile alterationem suscipiūt. Cito itaq; in ipso acescunt, atq; ideo acidis eructationibus talis ventriculus abūdat: & gaudet quidem frigidis, sed ab eorū usu immodico facile offenditur. Ita & ea, quæ extrinsecus frigida occurſant, nequit longiore tempore tolerare, quemadmodum neq; calidus calida. Malæ uero temperaturæ, quæ morbi ratione ventriculum occupant, hoc differunt ab his, quæ naturales existunt, quoniam contraria, non autem similia appetunt, quemadmodum naturales.

De malis temperaturis in ventriculo coniugatis, Cap. 64.

**M** Alæ autem temperaturæ in ventriculo coniugatae, ex compositione simplicium cognoscuntur. Oportet autem eas, quæ iam sunt dictæ, diligenter aduertere, easdem ab his, quæ dicentur, distinguentes. Non solum enim uetriculus sitibudos & minime sitientes facit, & frigidius calidius potus appetentes, sed ea quoq; uiscera, quæ in thorace sunt, ut cor & pulmo. Sed, qui ob horum sitiunt caliditatem, plus inspirant & longius expirant, atq; æstum in thorace sentiunt, nō sicuti qui ventriculi ratione in hypochondrijs caliditatem patiuntur: & cum potauerint, non statim sedatur sitis, & magis sedatur sitis, cum frigidum hauserint, q; cum calidum nimis. Refrigerant autem eosdem & frigidis aeris inspiratio, quæ nihil eos iuuat, qui ventriculi ratione sunt sitibundi. Ita & hi, qui contrario modo se habent, à frigida inspiratione sensibiliter molestantur.

Signa

Signa pulmonis frigidi. Cap. 65.

**E**T hoc maximum sit frigidus pulmonis indicium. Vt uero frigidum inspirates manifeste molestiam sentiunt & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica. Sed & pituitae excrementa, cum screatu, & tussi expuunt.

Signa pulmonis siccii, uel humidi. Cap. 66.

**P**ulmonis autem siccitates excrementis uacant & pituita, & uocem claram efficiunt: quæadmodum humiditates obscuram reddunt ac raucam. Et, cum uehementius, aut acutius loqui studuerint, tunc intercidunt excrementa.

De uoce. Cap. 67.

**N**on tamen ipsa uocis magnitudo à caliditate, sicuti neq; paruitas à frigiditate fit: sed altera quidem asperæ arteriæ latitudinem sequitur, & uehementiorem efflatum: paruitas uero à contrarijs aduenit causis. Quare neq; semper, neq; primū, sed ex accidenti, & solas naturales temperaturas, non autem aduentitias uocis magnitudo aut paruitas sequitur. Quoniam etenim talia instrumenta temperaturæ ratione sunt facta, ad hæc autem consequitur huiusmodi uox, idcirco contingit ex uoce de naturali temperatura ratiocinari.

De leni &amp; aspera uoce. Cap. 68.

**N**am & lenis uox arteriæ lenitatem consequitur, sicuti & aspera asperitatem. Lenitas igitur arteriæ moderatam sequitur temperaturam: asperitas uero siccitatem. Asperitas etenim fit ab inæqualitate duri coporis. Arteriam uero duram, similiarium partium, ex quibus constat, siccitas facit, inæqualem uero, dispersæ in eisdem humiditatis defectus.

De uoce acuta. Cap. 69.

**E**odem modo neq; acuta natura uox sine angustia fauci, neq; grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab innata nascitur frigiditate: Latitudo autem à caliditate. Differentijs igitur naturalium uocum haec, quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales, quæ & ipsæ indicia sunt causarum, à quibus oriuntur: de quibus in libris de Voce sufficienter distinxii. Reliquæ uero partes animalis interiores exilia habent temperaturæ indicia. Tentandum tamen ea ex iuuantib; atq; nocentibus agnoscere, ac præterea naturalium potentiarum operationes. Dictum uero est in tertio De causis accidentium, quod cuiuscq; potentiae uirtus, & uitium, temperatura principalis existat. Temperaturarum itaq; indicia iam explanauimus.

Signa naturæ instrumentariae. Cap. 70.

**C**irca magnitudinem uero, uel formationem, uel numerum, uel situm, quæcumq; quidem sensibus subiectiuntur errata, cognitu faciliora sunt: quæ autem sensu percipi nequeunt, quædam difficulter cognoscuntur, quædam autem nullo modo cognoscuntur. Capitis igitur magnitudo ac figura, & cerebri simul in propatulo sunt: Et de his antea diximus. Sic & quæ thoracis sunt, & quæcumq; ad scapulas, & humeros, uel brachia, uel cubitos, uel extremas manus, uel coxendices, uel femora, uel tibias, uel pedes attinent, non est difficile cognoscere, siue secundum formationem siue secundum magnitudinem ex his aliquid non recte se habeat, siue secundum numerum, siue secundum partium, ex quibus constant, composituram: singularum etiam operationis detrimenta facile patent: Quæ autem intra corpus sunt, non omnia possunt agnosciri.

De uentriculo. Cap. 71.

**C**uiusdam enim uentriculum adeo paruum ac rotundum, ac primum secundum hypochondria situm habetem inspexi, ut manifeste ex circumscriptione propria & uidentibus & tangentibus appareret.

De uesica. Cap. 72.

**S**ic & cuiusdam vesicam contigit intueri ita expositam ac paruam, ut si quando urinam tardius excerneret, tumor quidam circumscriptus manifeste cerneretur: non tamen aliud ex interioribus quicquam mihi unquam manifestum præbuit indicium. Tentare autem oportet, quæ maxime fieri potest, uirtutem ipsorum ac uitium, et si non certa scientia, artificiosa saltem conjectura comprehendere, ueluti, exempli gratia, in hepate.

De hepatæ. Cap. 73.

**V**idi enim aliquos & quidem quæ plures, quibus uenæ erant angustæ, & totū corpus colore priuatum. Quod si plusculum cibi assumpsissent, qui præsertim flatibus excitandi aptus esset, & crassus ac tenax, nonnulli quidem ueluti pondus quoddam insidens, atq; suspensum in profundo dextræ hypochondriorum partis sentiebāt: Nonnulli uero cū quadam tentione dolorem sentientes. In his quidem uerissimile est hepar esse paruum, atq; angustos meatus habere.

De homine pituitoso uomente bilem. Cap. 74.

**A**lterum uidi, cuius totus habitus pituitam præ se ferebat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excrementa, in quibus minimum bilis apparebat. Quare conjectura quadam comprehendi eum meatum, qui biliosum egurgitat humorem, non minimam eiusdem partem ad imum uentriculi locum, quem Græci pyloron, id est ostiarium uocant, effundere, ut in quibusdam appetit animalibus, ex quibus id constat, quod plurimū ad eorum,

